



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 90. Dissidia inter Gallici regis Senatum, & Parisiensem Curiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

chiepiscoporum, Monachorum, Cleri Sæc. XVII.  
 populique Synodum convocabat, in A. C. 1615.  
 qua omnes perlectis literis Apostolicis  
 sese, ejuratis erroribus, Ecclesiæ, sum-  
 moque Pontifici, interposita etiam ju-  
 ramenti Religione, obstrinxerunt. Sub-  
 scripsere Patriarcha, quinque Archi-  
 episcopi, atque unus Episcopus.

## §. XC.

*Diffidia inter Gallici Regis Senatum,  
 & Parisiensem Curiam.*

Haud diu in Galliis viguit Menchilda-  
 na pax, subsistentibus adhuc iis-  
 dem querendi causis, quas Condæus,  
 ceterique Franciæ Principes obtende-  
 bant: nondum vero res in apertum eru-  
 pit bellum, quod tamen eo atrocius ti-  
 mebatur, quo lentius progredi visum  
 est; plerumque enim flumina, quæ ta-  
 citurnius incedunt, plus voraginum ce-  
 lant, quam repentino strepitu minen-  
 tur: Interim vero inter ipsius Aulæ Mi-  
 nistros, & Parisiensis Curiæ Senatores  
 acrior gliscebatur dissensio; hi enim ad  
 Ordinum querelas responsum differri,  
 ægre ferentes, die vigesima octava Mar-  
 tij decretum edidit, vi cuius Princi-  
 pes, Franciæ Pares, Regniq; Primo-  
 res convenire jubentur, de publica ca-  
 lamitate, regniq; salute consultaturi.

*Grammond.  
 Hist. Gall.*

*l. 2.  
 Calmet. Hist.  
 univ. l. 151.*

Sæc. XVII. Ea res ingentem in aula concitabat tumultum; excanduerunt illi, quibus rei administrandæ cura erat demandata: obstitit ipsa Regina, non ignara, se suosque hac lege peti: indignabantur alii, quod Parisiensis Senatus, habendo ejusmodi conventui veniam a Rege non petiisset, sibi que Regni administrandi auctoritatem arrogare præsumpisset. Quam primum cognita erat Regis, ac Reginae indignatio, mox Principum nonnulli jussa Regis, alii proprio arbitrio Curia decretum spreverunt: ipsa etiam Regina quosdam Luparam ablegabat, qui hoc decretum ex Curia actis expungi postularent: nihilominus Condæus Princeps, qui hunc Parlamenti ausum mere sua fore censebat, itinere Lutetiam facto comparere festinabat; mox vero specie negotii, quod urgeret, ad extrema Picardiae a Regina ire jubetur: interea autem insuperhabita Deputatorum obtestatione Parisiensis Curia Patres frequenter convenerunt, suæque repugnantiae causas divulgaverunt: consulto igitur, ne in res novas dissidentium studia gliscerent, Rex die vigesima tertia Martij edito decreto Parisiense edictum supprimi, ac Regii Senatus statutum ad publicas tabulas referri jussit: Regina vero Condæi, ac  
Sena-

Senatorum indignationem verita inter- Sæc. XVII.  
rim superfedendum censuit. A. C. 1615.

## §. XCI.

*Condæus Princeps Regem comitari  
recusans.*

Interim dissensionum caussæ indies au- Daniel. hist.  
gebantur; quippe de Ambasiæ Præ- de Frans.  
fectura Luynæus, qui per avium aucu-  
pia Regis gratiam captabat, cum An-  
cræo Marescallo certabat, huic favebat  
Regina, illum comitabatur Regis bene-  
volentia: tandem etiam Luynæus præ-  
valuit Ancræo, qui sua spe delusus vi-  
cissim ex Regina munificentia præter  
feudum Ancræum, etiam arcem Am-  
bianam, Peronam, Montem-Desiderii,  
Royam, & totius pene Picardiæ admi-  
nistrationem, obluſtante licet Longa-  
villæo hujus Provinciæ Prorege, obti-  
nuit: eo insuper tempore Pruvillæus  
militiæ urbanæ Præfectus trucidabatur,  
necisque Author a plerisque credebatur  
Ancræus, eo quod Alphonsus itidem  
Italus, atque Ancræo indigena percuf-  
for fuisset. Inde vero in unum An-  
cræum erat invidia omnium, & qui pa-  
lam conqueri non audebant, secreta fre-  
mebant indignatione, quam tamen haud  
ultra premendo impar Condæus Prin-  
ceps, cum Regem ac Reginam pro exe-  
quen-